

deum, quod possibile fieret impossibile negatur: sed bone concedatur, quod possibile secundo modo, est impossibile primo modo, que non repugnat, quoniam non sunt respectu eiusdem modi. Omnia alia argumenta transeunt eisdem distinctionibus, ideo nolo immorari.

Sed dices, Q[uo]d Bea, Thom. non concedit substantias abstractas si sunt producta à primo principio, quod sunt entia possibilia, & non necessaria, ex quo concedit, quod sunt possibiles non esse, secundo modo.

Repondeatur, apud Peripateticum, res productæ sortiuntur modum necessarium vel contingente effendi, non à causa prima & remota, sed à causa proxima, sive extrinseca: & ideo res quarum principia intrinseca sunt incorruptibiliæ, ut cælum, vel quarum natura est simplex, & immaterialis, ut intelligentia, merito dicuntur entia necessaria in se absolute primo modo. Res autem quarum principia intrinseca sunt opposito modo, vtputa quia habent materiali priuatione, sive fit materia prima, vt in compositis su-

bstantialibus inferioribus, sive fit materia secunda, quæ dicitur subiectum, vt in compositis accidentalibus, merito dicuntur entia non necessaria, sed possibilia.

Concludimus ergo, quod licet fini multa entia necessaria in se, quia tamen sunt possibilia per potentiam extintam, ideo solum primum principium est omnino, & excellensissime necessæ esse, & nullo modo possibile, à quo, in quo, ad quod, propter quod, est quicquid est, quod honoramus, & extollimus sub nomine Dei maximi & glorioſi in æternum, Amen.

Feliciter absolutæ ac perfectæ sunt quæſtiones Metaphysicales ordinatae per Reuerendum magistrum Chrysostomum Iauell Canapicum, Ord. Præd. philosophia ac diuinæ scientiæ doctorem, scriptæ manu propria, & per eundem reuise Cremona 1532. die 20. Ianuarij: ac postrem ope[r]a Hæredum Iacobi Junta castigatissimæ factæ, conclusionibusque omnium quæſtionum decifionem paucis perstringentibus ornatae atque illuſtratae, 1564.

F I N I S.

Excusſit Ant. Blanc.

